

reus possessorum absolvere, si petitor non probaverit se dominum esse, *l. ult. C. de rei vind.* Sed quomodo possessorum, quem ignorat, absolvet? Ignorat autem quando pendet causa possessionis. Quod si prius de possessione iudicari oportet, periculum est simul possessorio & petitorio iudicio agi non posse. Atque hoc etiam Martinus admittit, cum de possessione agitur interdicto retinenda possessionis. Non idem autem nec ille nec plerique alii probant, si de possessione agatur interdictis recuperandae aut adipiscendae possessionis, veluti, si quis de fundi possessione dejectus experiat interdicto unde vi, & idem de fundi dominum dicat: aut haeres interdicto quorum bonorum de adipiscenda possessione rerum hereditariarum, quarum & idem se dominum esse dicat. Hic statuunt utrumque iudicium posse concurrere, ut quis & interdicto experiat ad recuperandam aut adipiscendam possessionem, & simul iudicio petitorio de proprietate, eo quod non minus interdicta haec quam actio petitoria adversus possessorem dantur, ut nulla hic videatur repugnantia. Sed nec hoc concedendum est: generalis enim haec sententia est tractata in *d. l. ordinarius 13. C. de rei vind.* possessionis questionem prius decidi oportere: at in interdictis recuperandae aut adipiscendae possessionis etiam de possessione queritur: ac proinde etiam controversiam ex his nam prius decidi oportet. De specte interdicti unde vi id expressè quoque cautum est, *l. 1. C. de appell. l. si de vi 37. ff. de iud.* Ex ratio juris eadem hic est, quae in casu superiore: nam nec, cum interdicto recuperandae aut adipiscendae possessionis agitur, constat, uter è litigatoribus pro possessore haberi, & commodo possessionis frui debeat, priusquam de possessione ex interdicto iudicatum sit: hoc autem non constituto non potest petitoria actio institui, *l. inter 62. ff. de iudic. §. retinenda Infit. de interdict.* Nec ad rem pertinet, quod qui possessionem sibi restitui petit, vel nunc primum conatur adipisci, adversarium possessorem agnoscit: nam si rem ipsam & effectum juris spectamus, nemo videtur possidere, qui possessionem retinere non potest, *l. non videtur 22. ff. de acq. poss.* Contra verò, qui ad recuperandam aut adipiscendam possessionem actionem habet, perinde habetur, quasi possideret, *l. si quis vi 17. pp. ff. eod. l. si qui 13. ff. de reg. jur. l. id eundem 143. ff. de verb. sig.* Proinde si vera possidet, bene est: si vero non possidet, tamen possessio una cum possessionis commodo est tribuenda est iudicis: quod si Iudex ante omnia non fecerit, iustè ab eo provocabitur, *l. 1. C. de appellat.* Sed est iuris auctoritate def-

tinueretur, non aliter tamen respondere possemus propter horum iudiciorum contrariam conditionem & finem. Iudicium possessorii finis hic est, ut qui eo experitur, possessor iudicatus commodo possessionis fruatur; petitorii haec conditio, ut qui eo agit, petitoris onus in se fufcipiat, quae cum sint pugnantia, nisi prius de possessione iudicatum sit, res exitum habere non potest, *d. l. inter litigantes 62. ff. de iudic. §. retinenda Infit. de interdict.* Pingamus actorem in possessorio superiore esse, inutilis tamen haec ei victoria est, cum nihilominus petitorio experiens, & in eo perseverans partes petitoris sustinere debeat, quasi commodo possessionis repudiato. Si vincitur, apertè id ei inutile est. Quod si prius in petitorio pronuntietur pro actore, multò minus ulla possessori utilitas esse potest, cum ex sententia super petitorio lata plenissima restitutio fieri debeat. Illa autem remedia demum verè cumulari dicuntur, ex quorum utroque aliquid consequi possumus. Quod hic iniuria fit possidenti, cui ob eam causam & appellare licet, *l. 1. C. de appellat.* Adde, quod si eodem tempore & de possessione & simul de proprietate iudicabitur, hinc pro actore, ut si possessor pronuntietur illi pro reo, ut is declaretur dominus, ex his forma sententiae, quae proponitur in *e. cum dilectus ext. de caus. poss. & propriet. merito irrita à Donello in l. 3. n. 8. Cod. de interdict.* Nam profecto restitueretur actori, qui possessor est, & simul eodem momento eadem sententia iubeat eum ipsam actionem restituere possessionem reo, qui dominus est & superior in iure proprietatis. Qui hoc ridiculum esse negant, nae illi ipsi sunt valde ridiculi. Illud autem absurdum non est, ut licet possessori prius decisa, atque uni possessione, litis de proprietate ordinandae gratia, tantisper adjudicata, postea de proprietate idem Iudex cognoscens petitori qui se dominum esse in hac litem probavit, possessionem restitui iubeat. Atque hinc iam intelligimus hanc procedendi rationem non modò esse convenientissimam, sed etiam esse necessariam: quippe qua non observata locus fit provocacioni.

Non obstat huic sententiae, *l. cum fundum 18. §. ult. ff. de vi & de vi armat.* Non enim negamus, quod illic dicitur eum, qui rem vindicare cepit, posse pendente iudicio petitorio, hoc est, interim dum de possessione iudicatum sit, posse simul experiri: sed negamus utrumque posse simul jungi, de utroque simul & eodem tempore iudicium posse cognoscere & iudicare. Atqui, inquis, is, qui semel actionem proposuit, cogitur perseverare ad finem usque litis *auth. qui semel C.*

quom. & quant. iud. sent. Respondeo, qui interdicto de possessione experitur, pendente rei vindicatione, & interim persecutionem petitorii omittit, is non reculat litem exercere de proprietate, sed reculat in ea litem partes sustinere petitoris, ac se commodo possessionis frui vult, id quod iure postulat, cum sit possessor, nec vindicatione (forè per imprudenciam) renuntiasse possessioni iudicatum *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acq. poss.* Mirum autem in modum huic sententiae obitare creditur textus in *l. 6. ff. de except. rei iud.* eoque contrariae sententiae auctores praecipue nituntur, quasi illic Jurisconsultus aperit diceret iudicium petitorium & possessorium diversis quidem & separatis actionibus proponi, sed tamen unam sententiam & unum iudicatum finem sufficere, ut ad utrumque profici una & eadem exceptio rei iudicatae. Mihi autem mira haec videtur loci istius interpretatio, cuius simplex & plana, si qua ullius, sententia est, nempe sufficere ad exceptionem rei iudicatae rem quamque semel sententia Iudicis terminata esse; nec debere eam sententiam apud eundem Iudicem retractari. Ex obstat magis hic locus contrariae sententiae: quod & Ant. Matthaeus in *disput. ad l. ordinarius C. de rei vind.* observavit. Nihil etiam adversus sententiam nostram facit locus Justiniani in *Nov. 4. C. 2. vers. contra principale.* ubi licentia datur creditoribus adversus principales debitores pignus pro debito obligatum possidentes utraque actione simul experiendi, & personali & hypothecaria, nam in cumulatione illa actionis personalis & hypothecariae, de qua illic Justinianus, nihil est praeposteri, ut contra esse ostendimus in cumulatione interdicti cum rei vindicatione, ut ecce, si creditor eodem libello petat, ut aut centum, quae sibi ex contractu aliquid debeantur, solvantur, aut pignus pro ea summa obligatum, cuius possessio pendet debitorum sit, sibi restituatur, in hac cumulatione nihil est, quod ordinationem iudicis ejusve exitum impediatur, sed probato debito, & pignoris pro eo constitutione, Iudex debitorem aut solvere iubeat, aut pignus restituere. Utique enim, quod noxandam, disjungunt petitiōe lite concipienda & libello complectenda est, ut aut solvat debitor, aut pignus restituat, non conjunctim, ut & solvat, & pignus restituat, cum solutione ejus quod debetur, non tantum debitor ipse, sed etiam pignus liberetur, *l. in omnibus 43. ff. de sol. eum similis.* Alia argit Cuiacius, *lib. 2. obs. 34.* ubi sic argumentatur: Si capso & pendente iudicium in rem licet agere interdicto uti possidetis, eor non & ab initio utrumque conjugere? Sed, inquam, non sequitur, mutari actio potest, aut inseri dum de alia re disputatur, omitti: ergo

cum altera mutui iungi & disputari potest, quoniam simul nihil habet incommutabile, *3. C. de edend. conjunctio & cumulatio plurimum, ut supra probatum est.* Infructivo, inquit Cuiacius, & exceptio conjungi possunt hoc modo. *Nihil debeo; & ut debeam pignori mihi debitum remissi:* ergo ita potest utraque actio conjungi, possessoria & petitoria, *Tu non possides; sed ego, & ut tu possideas, remeam esse aio.* Sed mala & haec Cuiacii collectio est. Nam si res, dum forè de intentione actoris dubitat, utatur & infructio & simul depulsiōe nihil praeposterè facit, aut quod iudicium constitutionem exitumve moratur: sed probationis tum hic ordo est ut prius de sua intentione doceat actor, deinde ad probationem exceptionis tantisper dilatam admittatur reus, *l. 8. l. 9. C. de except.* Sed nec quod reo, cui semper defendi facultas, *l. 5. §. ult. ff. de dol. mal. except.* permittitur, ut scilicet pluribus defensionibus aut exceptionibus simul & eodem tempore uti possit, *l. 3. l. 8. de except. l. nemo 43. de reg. jur.* id continuo & actori concedendum, nempe ut is quoque ex contrario pluribus actionibus simul experiat, ut iam evicimus. Desinat non petere suadet Gajus, ut videat num interdicto aliquo possessionem nancisci queat, quo eam nactus in adversarium transferat onus petitoris, *l. si qui 34. ff. de rei vind.* Sed & qui jam cepit rem vindicare, potest nihilominus experiri interdicto, uti possidetis, *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acq. poss.* At ex hoc loco non rectè inferitur cumulatio iure conjunctio utriusque iudicij. Nam his Jurisconsulti verbis, *non denegatur interdictum uti possidetis, qui caput rem vindicare,* non hoc significatur, posse utrumque iudicium cumulari, unaque terminari sententia, ut malè putat Fachin. 8. *controver. 6.* sed posse eum qui vindicare cepit, omisso tantisper petitorio, & interim dum de possessione cognoscitur, suspensio & dilato, interdicto experiri, *l. cum fundum 18. §. ult. ff. de vi arm. ibi pendente iudicio.* Caeterum ex converso pendente iudicio possessorio, petitoria actio institui non potest, quia prius possessionis causam decideri oportet, quam ad causam proprietatis veniatur. Planè quis dum animadvertit in petitorio fo melius fundatum esse possessorem renuntiare & ad causam proprietatis transire velit, non est dubitandum, quin id ei concedendum sit: nec sententia lata in possessorio praedictum illum petitorio facit, *l. 24. §. ult. ff. de except. rei iud.* Jus autem Pontificum hac in re discrepat à iure civili, quod Innocentius Tertius malè intellexit, deceptus *l. cum fundum 18. §. 1. ff. de vi & vi arm.* ut apparet ex *c. passoralis, ext. de caus. poss. & prop. ubi eodem iudicio &*

interdictio recuperanda seu adipiscenda possessionis, & simul actione rem experiri permittit, citato dicto juris civilis loco, aliis possessoris iudicis, ut ipse loquitur, in suo robore duraturis, quæ vindicationem domini sui naturâ præcedunt, qui & Martini & communis error sunt. Sic idem Pontifex in c. Raynuius ext. de testam. secutus est communem errorem de duarum quartarum detractio. Apud eundem c. cum dilectus de caus. poss. & propriet. habes deridiculum illam sententiam, quam supra expressimus ad Bonellum & Gsaniam ad l. 3. C. de interd. Pap. lib. 8. tit. 12. ar. ff. 4. Charond. 4. resp. 28.

CAPUT LX.

Exceptio divisionis qualis sit, & quando proponenda?

Plures fideiussores ejusdem rei aut pecuniæ debite in solidum singulis teneri, sive id nominatim convenerit, sive non convenerit, explorati juris est. l. si plures 4. Inst. de fideiuss. l. 3. C. cod. Neque hoc jus mutatum est. Nov. de reis promit. 29. unde anth. hoc ita C. de duob. reis. Recte enim vulgò recepta hæc sententia est, eam constitutionem quæ de duobus reis est, ad fideiussores non pertinere. Nam cum plures rei promittendi ejusdem pecuniæ accipiuntur, dubitari potest, quæ mente id fiat, utrum sicut solidum obligationem pro numero personarum diviti existimaverint, cuius dubitationis causam fuisse Justinianus, cavens ne plures eisdem pecuniæ promittendi rei aliter in solidum singuli obligentur, quam si nominatim id actum sit. Ad plures fideiussorum obligatio nulam talem dubitationem habet: quippe cum horum si qui promittant id quod reus debet, & quantum debet. Tenentur ergo singuli plarium fideiussorum in solidum, & in solidum singuli conveniri possunt. Cæterum hoc beneficium epistola Divi Hadriani illis tributum est, ut si quo tempore his cum aliquo eorum contestatur, omnes solvendo sint, actio inter eos pro portionibus virilibus dividatur, d. §. 4. Instit. de fideiuss. l. si plures 27. l. 3. C. eodem. Et quæ hoc beneficium, quod vulgò *divisio* appellatur, competitque non fideiussoribus tantum, verum etiam cæteris accessionibus, puta plu-

bus, quorum aut mandatu eadem pecuniæ credita est, aut qui pro alio idem se solutores constituerunt, l. ultim. C. de pecun. constitut. Locus autem est huic beneficio fore exceptionis dividendæ actionis, cum plures sint fideiussores. Et explolus fuit Advocatus Leydenensis Tobias ex Altro, (insignis aliqui & celeberris practicus) qui huic exceptioni locum esse contendebat etiam ubi unus tantum fideiussor esset, nempe ut actio inter reum principalem & fideiussorem divideretur: de quo integram ille consultationem conscripsit: sed egregiè confutatur textu l. si plures 27. §. ult. ff. de fideiuss. Quid si in pluribus fideiussoribus accipiendis expressè convenit, ut singuli in solidum teneantur? Nihilominus hoc beneficium gaudebunt, cum etiam hoc adjectum non est, singuli in solidum teneantur, nec conventio ista conditionem juris & constitutionem mutari postquam jure hoc fiat, ut inter fideiussores actio dividatur: l. 3. de fideiuss. & secundum hoc Lutterie iudicatum retet Pap. l. to. tit. 4. ar. ff. 23. Cæterum non aliter pluribus fideiussoribus auxilium divisionis indulgetur, quam si confideiussores sint, id est, si ut eisdem summa, ita & eisdem debitoris sint fideiussores: inter plures enim diverforum debitorum, licet eisdem summa fideiussores, actio non dividitur. l. si plures 27. §. ult. l. si à Titio 43. ff. cod. Exemplo fideiussorum datur hoc beneficium & pluribus tutoribus, qui temel tutelam gesserunt, aut quorum nemo gessit, & solvendo sunt, l. 1. §. nunc tractatus 10. & seq. ff. de tut. & rat. distr. l. si plures 38. & tibi DD. ff. de admin. tut. Paul. Mon. tract. de jur. tut. c. 39. num. 149. Datur & plurium tutorum sociis pluribus autem unus tutoris fideiussoribus non datur, l. ult. ff. rem pup. sub. for. ubi & ratio. Enimvero in hac divisione notandum est, dividi obligationem inter plures fideiussores non ipso jure, sed ope exceptionis, l. inter fideiussores 26. ff. de fideiuss. licet quæ multum inter sit. Nam si ipso jure obligatio divisa esset, id est, si singuli partes tantam viriles ipso jure deberent, in solidum nemo eorum conveniri posset, quantumvis forte aliqui non essent idonei. Quin & si quis solidum solvisset, partem condicere, tanquam plus debito solutum, non prohiberetur: quod utrumque secus se habere ostendit, d. l. inter fideiussores, & l. si r. f.amento 49. §. 1. ff. eod. Porro duo sunt conditiones sub quibus beneficium divisionis fideiussoribus indulgetur: una est, si fideiussores non negent se fideiussores esse: insipientibus enim auxilium divisionis dari non placuit, l. si dubitet 10. §. 1. ff. eod. Altera est, si omnes fidei-

ussores idonei, hoc est, solvendo sint, quo tempore lis contestatur, §. plures Inst. l. inter eos 51. §. 1. ff. eod. Quod placet in hac respectari tempus litis contestate, id eo pertinet, primum ut sciamus, si quis è fideiussoribus eo tempore solvendo non sit, id cæteris qui solvendo sunt, non prodesse: deinde si omnes tempore litis contestate solvendo fuerint, & postea aliqui minus idonei esse ceperint, quamvis ante sententiam eam rem ad onus eorum qui solvendo sunt, non pertinere, d. l. inter eos §. penul. d. §. si plures.

De illo non convenit, quantum exceptio divisi- nis opponenda sit, postquam dumque ut actio divisiatur. Petrus de Bllapert. putavit hæc exceptionem opponi debere antequam lis cum uno ex fideiussoribus contestata sit: quem & Cynus & alii secuti sunt. Moverunt primum eo quod in §. si plures Inst. de fideiuss. dicitur compelli creditorem partem à singulis fideiussoribus, qui modò solvendo sunt tempore litis contestate, petere: si quis autem eo tempore solvendo non sit, hoc cæteris onerare: unde rectè sibi vult colligere, eodem quoque tempore hæc exceptionem opponendam petendamque actionis divisionem. 2. Per l. liberorum 16. C. de fideiuss. ubi disertè scriptum est, post litis contestationem petitionem divisiæ redintegrari juris rationem non patitur: ex quo itèdum, ut supra, colligitur, post litem contestatam exceptioni divisionis locum non esse. 3. Ex eo quod fideiussori ipse acti beneficium divisionis denegatur, l. si aduersus 10. §. 1. ff. eod. litis autem contestatio ubi nisi necesse à parte eius qui convenitur fieri potest, l. 2. C. de iur. prop. cal. l. item non novum 14. §. 1. C. de iud. Sed verius est, quod & communiter placuit, etiam post litem contestatam divisionis exceptionem opponi posse, & sufficere si quandoque ante sententiam allegetur, l. fideiuss. 10. §. 1. C. eod. ubi Alexand. Imp. Vitalita referunt. Ut si qui cum altero fideiussit, non solus conveniatur, sed divisiatur actio inter eos qui solvendo sunt, ante condemnationem & ex ordine postulari solet. Frivolum autem est quod respondent, exceptionem, quam ante sententiam opponi iussit, eam opponendam esse ante litis contestationem. At Imperator, ex ordine populari solet, id est servato ordine eorum desinitio um, quæ fideiussoribus competere solent. Etenim potest, ut fideiussor in solidum convenius plures habeat defensionis, aut saltem plures alleget v. c. si dicat se non teneri, quia reus princi-

palis liberatus sit, vel ipso jure vel per exceptionem, aut si ex sua peritona utatur exceptione vel pacti, vel jurandi, &c. His autem defensionibus cum le excludum videt, rectè atque ordine ad hæc exceptionem confugit, ac desiderat, ut pro parte tantum conveniatur. Hoc verbò postulari potest & tolerari sententiam seu condemnationem, ut verba rescripti habent. Non obstat d. §. si plures Inst. de fideiuss. neque enim hoc ibi dicitur exceptionem hanc proponendam esse ante litem contestatam: sed hoc solummodo, si tempore litis cum uno contestata, qualem non sit solvendo, hoc ad onus ærerorum pertinere. Quamvis hæc autem exceptio post litem contestatam allegetur, non eotamen minus actio inter eos dividi potest, qui tempore litis contestate solvendo fuerint, & dividenda est, si quis hæc exceptionem utitur, probet alios quoque eo tempore solvendo fuisse, l. inter eos 51. §. 1. ff. eodem. Mant. de tac. & ambig. conv. lib. 16. tit. 19. n. 2. in d. l. liberum 16. C. eod. proponitur, ratus, quod creditor cum omnibus fideiussoribus simul agit, cum singulis autem pro parte: atque ita actionem suam inter fideiussores pro parte cum singulis agendo ipse ultra dividit. Eum autem, qui hoc fecit, respondet Gordianus non posse post litis contestationem actionem divisiæ instaurare, hoc est, ab eo qui pro parte convenus non posse postea petere ex persona eorum qui solvendo non sunt, aut ab initio solvendo non fuerunt: quia creditor actionem inter fideiussores sponte sua dividendo solidi petitioni remanere intelligitur: ac proinde beneficium epistolæ ad hunc non pertinet. Non movet, quod nemo licet contestando deteriorum conditionem suam facit, l. don. solut. 86. & seq. ff. de reg. jur. N. quæ enim litis contestatio hoc, quod dicitur, efficit, sed actionis divisiæ, quamvis illa non nisi lite cum singulis pro parte contestata dividatur. Nimis autem leve est quod est l. decima §. 1. ff. de fideiuss. obicitur, fideiussor insipienti auxilium epistolæ non indulgetur, quippe cum non simplex insipienti, fideiussores, & ab hoc beneficio removeat, puta si negent se teneri, sed si negent se fideiussores esse, si insipienter litis fideiussit. Nota utror ad confirmationem nostræ & communis sententiæ argumentum vulgare: quod exceptio divisionis sit exceptio peremptoria: quod quidem est verum est licet Glossa hæsitet, & magis putet esse anomalam: utque enim perimit intentionem creditoris pro parte, nec ad onus aliorum pertinet, quod actione divisiæ, quidam post litem contestatam solvendo esse desistant, l. inter eos 51. pen. §. eod. dubito tamen an verum sit quod vulgò traditur, exceptiones peremptorias etiam non contestatas

in strictis iudiciis usque ad sententiam recte opponi propter *l. 9. de praescript. long. temp. l. 8. l. 9. C. de except. iunct. l. ut fundus ff. comm. divid.* quamquam id hodie sublatum ferè iudiciorum bonæ fidei & stricti iuris discrimine admitti potest. Sed ut etiam exceptiones peremptoriae initio litis contestanda sint, ut ita demum postea ad probationem & disceptationem recte opponantur, quòd satis aperte loca citata ostendunt: Vid. Donell. *ad l. 8. C. de except.* sciendum tamen est, quod de exceptionibus in exordio litis contestandis illic dicitur, ea pertinere duntaxat ad exceptiones facti, quibus aliquid factum intendimus, quod proinde etiam probare debemus, ut intelligitur ex *l. in exceptionibus 19. ff. de probat.* quae enim facti quaestio non habent: non possunt intelligi in iudicium deduci, nisi facti contestatione. Diversa autem causa est exceptionum iuris, hoc est, earum quae alicui conditione ipsa personae iure tribuuntur, qualis est exceptio divisionis fidei iussuribus epistola D. Hadriani tributa, quod genus contestari necesse non est, sed quandoque ante condemnationem allegari sufficit. Nam auxilium divisionis facti sub appellatione & persona fidei iussoris in iudicium deducitur, cum fidei iussor iure tribuatur hoc ipso quod fidei iussor est. Jam autem quae iuris sunt, ea ad officium Iudicis pertinent, etiam si nominatim à partibus petita non sint, *l. 1. un. C. ut quae def. adv. par. iud. supp.* & multò magis igitur, si petita erant, ut hoc beneficium postulari debere dicimus. Quiddam putaverunt exceptionem divisionis etiam post sententiam opponi posse in executione iudicis, & hic etiam haesit Accursius. Sed bene *DD. comm. in d. l. 10. C. de fidei iuss.* Gomez *2. var. resol. c. 13. n. 15.* Zanger *tract. de except. part. 3. c. 19. num. 4.* id negant. Cur enim diceret Imperator, ut ante condemnationem postulare liceret, etiam post sententiam, cum iam sit, cum quo actum est, in solidum est condemnatus. Sanè ratio iuris non patitur, ut actio iudicis creditorei semel in solidum quaesita adversus eum qui se passus est in solidum condemnari, postea parte duntaxat oblata ei invito adimatur, per *l. ult. ff. de post. l. habere 57. in fin. ff. de evict.* quamquam, hoc non obstantè, rectè defenditur, posse hanc exceptionem opponi in secunda instantia, licet post priorem sententiam, quia appellatio suspendit, imò extinguit iudicium, & reponit rem in eum statum, in quo erat ante sententiam, *l. 1. §. ult. ff. ad senat. Turpil. Scharid. in d. l. 10. num. 13. C. de fidei iuss.* Zanger & Gomez. ubi supra. Nihil adversus hæc facit, quod exceptio cedendarum ac-

tionum, etiam postquam unus è fidei iussoribus condemnatus est, opponi potest, *l. si fidei iussor 41. §. ff. de fidei iussor.* Nam illa non oppugnat sententiam, neque minuit vi victoris. Multum quippe interest, utrum fidei iussor condemnatus possit adhuc actionem dividi cum reliquis fidei iussoribus, an actionem adversus eos sibi cedi. Nam qui divisionem postulat, is contra sententiam postulat, ne solum solvat: qui cessionem desiderat, ne solum solvat: esse solidam secundum sententiam solvere, dum sibi adversus ceteros fidei iussores consulatur. Similiter quod in exceptionibus peremptoriis S. C. Torum Vellejani & Macedoniam, quae publica utilitatis causâ maximè introductæ sunt, placuit, ut hæc etiam post sententiam opponi possint, *l. tamen 11. §. de senat. Maced.* id nequaquam cum Jacobo de Burrio ad exceptionem divisionis trahi debet. Scharid. *in d. l. 10. C. de fidei iuss.* num. 10. Nihil denique contrarij habet responsum Papiniani in *l. inter eos 31. §. ult. ff. eod.* Loquitur enim de fidei iussore damnato non nomine fidei iussionis, sed damno capitis, ita ut propter damnationem bona ejus sisco vindicarentur: quo casu potest eundem adhuc creditor adversus alios fidei iussores jus suum exequi: sed hic fidei iussor rectè postulat, ut inter eos qui solvenda sunt, actio dividatur: in quo numero etiam fisco, qui damnato successit & hæredis loco est, habendum scribit Papinianus.

CAPUT XLII.

An fidei iussor ad certum tempus acceptus eo tempore lapsa, obligatus maneat, & quomodo?

Elegans quaestio est, an fidei iussor qui ad tempus pro aliquo sponditur, exacto eo tempore, adhuc teneatur, & quomodo? Putamus autem in hac quaestione rectè sentire eos quinegant, post tempus definitum, fidei iussorem sine novo ejus consensu, vel ex repetito cum debitor contractu, vel omnino in futurum obstringi: in præteritum verò, seu respectu obligationis pro qua intervenit, efficiat obligatum manere, exempli gratiâ, Matth. Colerus, ut ipse de testatur, *de process. exec. p. 1. cap. 10. n. 310.* pro officiali quodam & rationibus ejus in annum fidei iussor. Expleto eo spatio, officium prorogatur, sive ut munc loquuntur,

officiali continuatum est in consilio Colero fidei iussor. Hic dicitur Colerum ex fidei iussione sua teneri quidem etiam post annum, quo officium reo prorogatum est, sed tantum de periculo temporis præteriti, seu prioris anni quo solo fidei iussor iur. non autem temporis futuri seu annorum insequentium. Igitur hoc primum dico, fidei iussorem, qui ad certum tempus se obligavit, finito eo tempore, in posterum non teneri, nec ex novo fidei iussore cum debitor contractu obligari. Si ratio huius assertionis quaeritur: certum esse eum, qui ad tempus fidem suam interponit, nolle post id tempus obstringi: ac extra verba & conventionem fidei iussio non est extendenda, cum sit contractus stricti iuris, *l. quidquid 99. ff. de verb. oblig.* Hering. *de fidei iuss.* c. 2. n. 30. & c. 24. n. 33. Et in universum obligatio limitata ad certum tempus non potest invito obligato in longum tempus prorogari, ut bene Fetar. *in form. libell. cont. par. reos debend. vers. solutionem facere receperant num. 2.* Hinc scriptum est, fidei iussorem, qui in certum tempus iudicio sibi aliquem promissit, in tantum tempus duntaxat teneri in quantum se obligavit. *l. si fidei iussor. 26. vers. nisi in certum tempus C. de fidei iussor.* Et responsum, si in primò compromisso pro fidei iussore cautum fuerit, & conductor finito tempore conductionis sine consensu fidei iussoris in conditione declinetur, diserte respondet Alexander, fidei iussorem non oportere de posterioris temporis periculo adstringi, nempe quoniam alia & nova hic conditio finita priore intervenit, *l. qui ad certum 14. ff. locat.* & consequenter nova obligatio, cuius periculum ad fidei iussorem prioris obligationis sine novo ipsius quoque consensu pertinere non potest. Acquit, siunt nonnulli, pigora prioris obligationis in reconductione obligata manent, *l. legem 16. C. de locat.* pigorem autem fidei iussor par causa est, *l. promiss. 21. §. ult. ff. de pec. const. l. 1. §. iuber autem 9. ff. de collat. l. 4. §. adduci 8. de fidei iuss. libert.* Respondeo, renovata tacite condictio cum vinculis pigorum renovata censetur, sed nempe ipsius conductionis, qui ultrò se in nova obligatione continui passus est: non autem si alius pro eo in priore conductione res obligavit, sine novo huius consensu, *l. item quaeritur. 13. §. ult. ff. locat.* ac proinde nec prioris conductionis fidei iussores, ea renovata sine novo & expresso eorum consensu in futurum obligantur.

Neque hic nobis obicit, quis, tempus non esse modum tollendi obligationem, *l. obligatio num. 44. §. 1. ff. de oblig. & act.* nam cum fidei iussor obligatio certo tempore circumscriptur & limitatur, id non tunc spectatur, ut tempore obligatio finiat, quam ut ne post illud tempus aut pro alterius temporis obligatione fidei iussor teneatur: quemadmodum si cum ducenta deberentur, in centum fidei iussor datus est, nemo dixerit fidei iussorem respectu residui finitum esse: ac sicut summa, ita & dies pars est stipulationis *l. 1. §. 2. ff. de edend. Anr. Fab. Cod. suo for. de fidei iuss. defm. 25.* Valent. Reimer *quæst. illustr. dec. 10. c. 4.* Hering. *d. tract. c. 10. §. 18. n. 4.* & §. Et utique alias in omnem eventum tueri te poterit fidei iussor exceptione pacti conventi vel doli mali *l. 444. §. 1. ff. de oblig. & act. l. eam qui 36. §. 1. ff. de verb. oblig.* In tantum autem hæc vera esse arbitramur, ut estsi fidei iussor cautionem fidei reddi post repetitum contractum non postularit, nihil magis ex nova obligatione teneatur. Quippe fidei iussor nunquam fit tacite citra verba & stipulationem, *l. 3. §. 2. ff. de verb. oblig. l. Mandatus 12. C. de fidei iuss.* & translatio est in fidei iussionibus stipulationem loci formae esse, Hering. *d. tr. c. 11. num. 1.* & seq. quod ideo hic notare vilius, ne quis putet fidei iussori necessariam hic esse aut potestatem aut cautionis repetitionem, propterea quod in *d. l. si cum Hermes C. de locat.* mentio fit repetitæ à fidei iussore cautionis: neque enim hoc ideo memoratur, quia id necessarium, sed quia factum fuit, cuiusmodi sexcenta alia ex facti contingencia in Codice narrantur à Consultoribus, & in re scriptis iterantur, quæ tamen ad causæ decisionem nihil aut parum faciunt, ut vel leviter in iura veritatis notum est. Sic etiam Colerus loco supra citato cautionem suam fidei iussoriam se repetisse memorat, non quia id necessarium putavit, sed quia id fecerat, dubitationis omnis sollicito tollende gratia. Quòd verò prorogatione solutionis non liberetur fidei iussor, qui ad certum tempus se obligavit, id longe aliam rationem habet: multum enim interest inter prorogationem solutionis, quæ fiscalia obligatione principalis, & prorogationem quam vocant obligationis, quæ est obligationis finitæ novo contractu interveniente renovata. Sed de eo uberior in *quæst. seq.* Ex converso autem dicimus fidei iussorem in proposito firmiter obligatum manere in præteritum, id est, nomine ejus quod ex causa prioris contractus, pro quo intervenit, deberi cœpit. Quoniam licet prior ille contractus expiraverit, obligatio tamen, ex eo contractu nata adhuc manet, & tandiu durat, in futurum obligantur.

donec creditori solum aut aliter ei satisfactum sit. Neque enim tempore obligationis pereunt, *l. obligationem 44. §. 1. vers. placet etiam ff. de oblig. & act. nisi post triginta annorum curriculum. l. 3. C. de praeser. 30. ann. l. 1. §. 1. de annal. excep. adde l. si alienam 9. §. omnis pecunia 3. ff. de pign. act. l. grege 13. §. etiam 4. ff. de pign. fact. l. nemo potest 35. & l. seqq. ff. pro soc. cum similibus. Sed & firmum hujus assertionis argumentum duci potest ex d. l. si cum Hermes C. de locat. Nam cum Imp. illic sic scribitur, non oportere fidejussorem ad certum tempus obligatum de posteriors temporis periculo adstringi, hoc ipso non obtineat significat eum adstringi periculo temporis prioris: cui simile habemus in l. ult. C. in quib. caus. rat. hab. Nimirum unius exclusio, alterius esse solet inclusio, *l. cum Prator. 12. ff. de iuris. lex ex eo 18. ff. de test. Et argumentum a contrario sensu valide procedit, *l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. jurisd. nisi aut manifesta juris ratio aut expressi textus retrahantur. Praes. Everh. in hoc legal. loc. 82. n. 4. Sic fidejussio dicitur in tantum tempus extendi, in quantum attestatio fuerit expressa, *l. fincimus 27. vers. tunc enim C. de fidejuss. venditor, qui se periculo subiecit designat tempus, in id tempus periculum sustinere, quod se subiecit, l. 1. ff. de prae. & comm. rei vend. Denique aequè iniquum foret, verbi causa, fidejussorem conductionis in quinquennium facta teneri ea renovata de sexti anni pensione, quam iniquum foret eum renovatione conductionis liberari in quinquennium praeteritum. Alia autem causa est novationis, seu prioris debiti in aliam obligationem conversionis, hoc est, cum ex precedenti causa ita nova constituitur obligatio ut prior per matur, *l. 1. ff. de novat. §. praeterea 3. inst. quib. mod. toll. oblig. quippe cuius rei hic effectus est, ut etiam accessiones, & incommoda omnia, quae prioris obligationis fuerunt, quasi solutione facta *l. si rem 21. §. vers. ut magis ff. de novat. simul evanescant, & consequenter, ut non in futurum tantum, verum etiam in praeteritum fidejussoris prioris obligationis liberentur, *l. si creditor 15. l. novatione 18. l. aliam 29. ff. de novat. l. in omnibus 43. ff. de solut. l. ubiunque 60. ff. de fidejuss. l. 4. C. cod. Contentium Hering. tract. de fidejuss. c. 10. §. 18. n. 4. & seqq. junct. §. 12. n. 5. c. 7. Ant. Fab. Cod. for. de fidejuss. dec. 25. Specul. lib. 4. part. 3. de fidejuss. §. 1. quamquam obicitur loquitur. Valent. Reimer. dec. 10. quest. Illustr. cap. 4.*******

CAPUT XLII.

An prorogatio termini solutionis liberet fidejussorem?

Vicina superiori, ac tantum non ex isdem fundamentis juris decidenda quaestio est, an prorogatio termini solutionis, id est, si creditor debitori ignorante fidejussore tempus ad solvendum praestitutum prorogaverit fidejussor liberetur, Speculatur lib. 4. part. 3. tit. de fidejuss. §. 1. vers. illud autem queritur; & ibi Joan. Andr. in addit. Ferrar. in form. libell. contr. plures debent. §. solutionem sacre recessiverunt, alique relati apud Berlich. part. 2. c. concl. 25. n. 2. putaverunt prorogatione temporis ad solvendum constituti liberari fidejussorem sine ulla distinctione. Alii vero distinguunt, utrum fidejussor simpliciter sine adjectione temporis fidem interposuit, an verò ad certum dumtaxat tempus se obligavit: priore casu negant prorogatione solutionis effici, ut fidejussor liberetur, posteriori autem casu contentum data prorogatione termini fidejussorem liberari. Et haec est communis Interpretum opinio, ut videre est apud Gomez. lib. 2. var. resolut. c. 13. n. 21. Fachin. lib. 2. contr. 88. Hering. tract. de fidejuss. c. 10. §. 12. num. 2. & 3. Berlich. d. p. 2. concl. 25. num. 18. cui etiam Fachineus & Berlichianus assentiantur. Sed verus est neutro casu prorogatione solutionis liberari fidejussorem, nec ullus in iure notus locus producti potest, quo contrarium probetur, sive fidejussio tempore determinata sit, sive indeterminata. Abutuntur autem Interpretes locis quibusdam, veluti *l. si cum Hermes 7. C. de locat. l. item queritur 13. §. ult. ff. eodem. quippe quibus locis non agitur de prorogatione solutionis, sed de obligationis, pro qua fidejussor intervenerat, finita renovatione: nec illud dicitur fidejussorem renovata obligatione liberari: sed renovatae obligationis periculum ad eum non pertinere: ceterum ex priore contractu obligatus esse propterea non desinit, ut superius capite plenè demonstravimus. Igitur si debitor, qui ad certum diem le solviturum promiserat, eoque nomine fidejussorem dederat, creditor infeno fidejussore facultatem solvendi in longius tempus prorogavit, negamus idcirco fidejussorem*

fidejussorem liberatum videri: cum principalis obligatio salva maneat. Non enim tempus in obligatione fidejussoris appositum est ad huiusmodi aut limitandam obligationem, quo casu aliud dicendum esset, respectu periculi sequentis temporis, *d. l. si cum Hermes. C. de locat.* sed ad faciendam solutionem & exactionem, Gabriël. lib. 3. comm. opin. tit. de fidejuss. concl. 3. Colet. de praeser. execut. p. 1. c. 10. n. 2. 98. & seqq. durior fit conditio fidejussoris. Nam si jamdiu in obligatione mansit, nec diutius manere velit, potest ille sibi consulere ordinario juris remedio, quemadmodum & si reus labi facultatibus inciperet *l. Lucius 38. ff. mandat. l. si pro ea 10. C. eod. e. ult. ex. eod.* Quod si nec solvere ipse velit, nec petere adhuc possit, ut ad fidejussoris periculo eximatur, boni consulere debet, quod dilationis reo concessit beneficium sibi commune futurum fit ut tardius ad solutionem urgeatur: nam dilatio reo data, danda etiam est fidejussori, *l. ult. §. 1. C. de usur. rei jud. l. si unus 27. §. 1. ff. de pæd. qui proinde, & ipse tanto plus habiturus sit intermedii temporis & spatii ad solvendum, *l. quod certis 70. ff. de solut. Ant. Fab. C. suo for. tit. de fidejuss. defn. 25. Hering. d. tract. c. 10. §. 1. n. 6. & seqq.**

Hoc igitur posito, quod prorogatio termini solutionis tantum differat exactionem, & manente principali obligatione moram debitoris dumtaxat tollat, quae alias & fidejussori, maxime in omnem causam obligato, noceret *l. si quis 24. §. 1. ff. de usur. l. mora 88. ff. de verb. oblig. l. quare 54. ff. locat.* necessario sequitur prorogatione non liberari fidejussorem, sed manere obligatum, sive simpliciter, sive cum adjectione temporis le obtrinxerit: nam prorogatio fit cum omnibus suis accessoriis & qualitibus, Gomez. & Coler. ubi supra. Perez. ad Cod. tit. de fidejuss. n. 44. nec ulla hic intervenit aut obligationis finitæ repetitio, ut possit dici in futurum liberatus, sicut in casu *l. si cum Hermes C. de locat.* aut renovato, per quem prior obligatio tollatur, & nova in locum sublatæ verbis stipulationis substituitur, ut possit dici plenissime atque etiam in praeteritum liberatus; qui novationis effectus est, *l. novatione 18. ff. de novat. l. ubiunque 60. ff. de fidejuss. l. 4. C. cod.* Respondet Berlichius, regulam illam, quod prorogatio secum trahit accessiones, de his tantum accessionibus intelligendam esse, quæ ab ipsis contrahentibus dependent, *arg. l. item queritur. 13. §. ult. ff. locat.* Sed non animadvertit hac responsione effici, ut & fidejussor, qui simpliciter sine adjectione temporis intervenit, prorogatione termini liberetur: quod tamen & ipse negat & peripicuo sal-

Vinnii Quæst.

sum est. Quod si quis dicit fieri posse, ut data dilataioe ad solvendum debitor interim labatur facultatibus: iniquum autem videri, ut factum creditoris fidejussori noceret; is sciat de contrario etiam fieri posse, ut debitor interim facultatibus augetur, & prorogatio fidejussori prodest; denique dilataioe hujusmodi, æque humanitate ferre indulgere solere ad petitionem debitoris, quibus in præsentia solutio diffidit, ut interea temporis pecuniam conficere & solutionem expedire queant, *l. promissor. 21. §. 1. ff. de pecun. constit. Et similib. unde porro & ipse fidejussor hoc commodum lenit, ut nec ille toto ex tempore, quamvis nonvno beneficio, exceptioni videlicet ordinis & excussionis, renuntiaverit, conveniri possit. Denique potest fidejussor, reo moram necente ipse in tempore solutionem offerre, & quod pro eo solvit, actione mandati, dum adhuc idoneus est, repetere, *l. idemque 10. §. fidejussor. 11. ff. mandat. l. mora 88. ff. de verb. oblig.* Errant autem illi, qui putant fidejussorem liberari, si creditor denuntiaverit, ut debitorem in tempore ad solvendum compelleret, sique dum cessat, debitor desisteret esse solvendo. Nam in fidejussore subsidario (quem vulgo fidejussorem indemnitatis, quamquam improprie vocant) singulari hoc est, ut si creditor oportune communitur de exigendo debitor, & creditor cessante debitor fortunis exitus est, rectè recuset actionem contra se creditor dari, *l. si fidejussor. 41. pr. ff. de fidejuss.* Secus autem est in fidejussore simplici, per textum expressum in *l. si fidejussor. 61. §. eod.* Nec obscura est diversi juris ratio. Nam fidejussor indemnitatis non idem promittit, quod reus debet, sed quod ad reo servari non poterit: ut huius fidejussori obligatio conditionalis sit, nec prius ex natura conventionis cum eo agi possit, quam facultates rei ex causa iudicatis exofficium sit, ut certo conficit eum non habere unde solvat, *l. decem stipulatus 116. ff. de verb. oblig.* Quare si talis fidejussor, quod est conditio stipulationis permittit, creditorem tempessive monuerit, ut debitorem exigeret, & creditor cessante, ille postea solvendo esse desisterit, perinde hoc habendum ac si non contigisset quoniam suum a debitore servare potuit, & motus debuit, *arg. l. 155. & l. 161. ff. de reg. jur.* At ceteri fidejussores idem, quod reus principalis, promittunt, & statim ab initio una cum reo obligantur, ut nulla sit in huiusmodi fidejussoribus conditio, quæ creditorem certo tempore cum reo agere cogat, & cessantem cum fidejussore prohibeat. Zaf. Donnell. Costal. & DD. comm. in l. ult. ff. de reb. trad. & in d. l. decem stipulatus. Gaill. 2. obs. 27. n. 13.*

(Bb)

Gomez. 2. *resolut. c. 13. n. 9.* Ceterum aliud dicendum videtur post constitutionem Justiniani de fidejussoribus non conveniendis, nisi post reum principalem excussum; *Novo. 4. verb. presente. C. de fidejuss.* ut iam omnis fidejussor, propter beneficium ordinis & excussum, in subsidium obligatus videri possit, nisi huic beneficio renuntiaverit, & consequenter, si denuntiaverit creditori, ut debitorem in tempore conveniret, & illo moram interponente debitor inidoneus factus sit, recte eum postulare, ne contra se actio detur, *arg. d. l. fidejussores 4. ff. de fidejuss. ira detur, Gomez. d. c. 13. n. 9. post Baldum in l. ult. ff. de reb. cr. d. Paul. Callr. in d. l. fidejussores col. 1. Panorm. in C. fin. ext. de fidejuss.* Sed vix est, ut hoc is largiri possim. Neque enim hoc vult Justinianus *d. Nov. 4.* ut fidejussores simpliciter

accepti id quod promiserunt, debeant sub conditione, si creditor id à reo servare non possit, sed cum simpliciter, ut ante, obligati maneant, hoc beneficium eis tribuit, ut non prius à creditore efficaciter conveniri possint, quam ille cum reo principali egerit, eumque excusserit. Quamobrem dum creditor hoc faciat aliquando, satisfacit constitutioni; nec ab illo exigendum, ut certo tempore precisè cum reo experiat, contra formam stipulationis, & veteris juris, quod proponitur in *l. 62. ff. de fidejuss. nec d. Nov. 4.* mutatur, rationem: denique contra regulam vulgo receptam, ut nemo invito agere cogatur, *tit. C. ut nem. invit.* Plures differentias inter fidejussorem simplicem & subsidiarium, quæ hodieque manent, reperies apud DD. in *l. ult. pr. ff. de reb. cred.* præsertim apud Zalius, *lib. n. 3. & seqq.*

FINIS.

LICENZA.

NOi Riformatori dello Studio di Padova, Avendo veduto per la fede di revizione, ed approvazione del P. Fr. TOMMASO MARIA GENNARI Inquisitore, nel Libro intitolato: *ARNOLDI VINNII JC. in quatuor Libros Institutionum Imperialium Commentarius Academicus & Forensis, editio novissima expurgata, &c.* non esservi cosa alcuna contro la santa fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro, niente contro Principi e buoni costumi; concediamo licenza, che possa essere stampato osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite Copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

ANDREA SORANZO, Proc. Rif.
PIETRO GRIMANI, Kav. Proc. Rif.

AGOSTINO GADALDINI, Segret.

APPROBATIO.

EX mandato Illustrissimi Galliarum Cancellarii, perlegi *Arnoldi Vinnii in quatuor Libros Institutionum Commentarium, cui præter Auctoris Notas Commentario adjunctas, accedunt ejusdem Quaestiones Juris Selectæ, & Johannis Gottlieb. Heineccii in ipsum Notæ;* nihilque Editionis iterationi visum est obstare. Parisiis, die tertia Decembris, anno Domini 1744.

RASSICOD.

PRIVILEGE DU ROI.

L OUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE; A nos Amés & Féaux Conseillers, les Gens tenant nos Cours de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prévôt de Paris, Baillifs, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres, nos Justiciers qu'il appartiendra, SALUT. Notre bien Amé PIERRE BRUYET, Libraire à Lyon, Nous ayant fait expoler qu'il désireroit faire réimprimer & donner au public des Livres qui ont pour titre: *Vinnius ad Institutæ & Selectæ Quæstiones; & Nota Heinæci; Hermægilii de Rebus de incompatibilitate Regnum & Majoratum; Antonii Gomezii Opera Juridica cum Additionibus de Ayllo; Molinæ de Hispaniarum primægentiorum origine & natura, cum additionibus Vallis; paratitia Juris Canonici cum novo tractatu; Thoma Carlevalii de Judiciis, de suo competenti, & legitima Judicium possessæ Tomi duo*; s'il nous plaïoit de lui accorder nos Lettres de Privilège sur ce nécessaires. A CES CAUSES, voulant traiter favorablement ledit Exposant, Nous lui avons permis & permettons par ces Présentes, de faire réimprimer ledits Livres en un ou plusieurs Volumes, autant de fois que bon lui semblera, & de les vendre, faire vendre & débiter par tout notre Royaume, pendant le temps de quinze années consécutives, à compter du jour de la date des Présentes; Faisons défenses à toutes sortes de Personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance; comme aussi à tous Imprimeurs, Libraires & autres, d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire ledits Livres, ni d'en faire aucuns Extraits, sous quelque prétexte que ce soit, d'augmentation, de correction, changement, ou autre, sans la permission expresse & par écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel Dieu de Paris, l'autre tiers audit Exposant, ou à celui qui aura droit de lui; & de tous dépens, dommages & intérêts. A la charge que ces Présentes seront enregistrées tout au long sur le Registre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, dans trois mois de la date d'icelles; que la réimpression d'icelles Livres sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en bon Papier & beaux Caractères, conformément à la feuille imprimée attachée pour modèle sous le contre-scel des Présentes; que l'Impétrant se conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10. Avril 1725. Et qu'avant de les expoler en vente, les imprimés qui auront servi de copie à la réimpression d'icelles Livres, seront remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée, es mains de notre très-cher & féal Chevalier, le sieur DAGUESSEAU, Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres, & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires de chacun dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier le sieur DAGUESSEAU, Chancelier de France, le tout à peine de nullité des Présentes; du contenu desquelles vous mandons & enjoignons de faire jour l'Exposant, ou ses ayant cause, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie des Présentes qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin d'icelles Livres, soit tenue pour dûment signifiée; & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos Amés & Féaux Conseillers & Secrétaires, foi soit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles tous Actes requis & nécessaires sans demander autre permission, & nonobstant clameur de Haro, Chartre Normande & Lettres à ce contraires. CAR tel est notre plaisir. DONNÉ à Paris, le onzième jour du mois de Décembre, l'an de Grace mil sept cent quarante-quatre; & de notre Règne le trentième.

PAR LE ROI EN SON CONSEIL.

Signé, SAINSON.

Réregistré sur le Registre XI. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, N^o. 407. fol. 347. conformément aux anciens Réglemens, confirmés par celui du 18. Février 1723. A Paris, ce 18. Janvier 1745.

Signé, VINCENT, Syndic.



